

M-s. 201
2

294.

13
IVSTINI MARTYRIS
Α Π Ο Δ Ε Ι Ξ Ι Σ
RESURRECTIONIS CARNIS

FRAGMENTVM
IN SOLLENNITATE PASCHALI

A. C. M D C C L X V I

ACADEMIAE IVLIAE CAROLINAE
CIVIBVS COMMENDATVM

ET AVCTVM
PRAEFATIONE VERSIONE
ATQVE NOTIS.

HELMSTADĪ
LITTERIS PAVLLI DIET. SCHNORRII VIDVAE
ACAD. TYPOGR.

JUSTINI MARTINI
A. H. O. A. R. I. E. S.
REPERBITIONIS CAUSIS

FRAGMENTUM
IN REPERITIONE CAUSIS
A. H. O. A. R. I. E. S.
ACADEMIAE IVLIAE CAESARIAE
CIVIVS COMMENDATIUM
ET ALIIS
PRAEFATIONE VERBORUM
A. H. O. A. R. I. E. S.

HERNSTADT
CITIVIS PAVLI DIEI SCHNORRII AIDVAE
ACAD. T. 1788



ACADEMIAE IVLIAE CAROLINAE

H. T. PRORECTOR

D. GVIL. ABRAHAM TELLER

CIVIBVS ACADEMICIS.

Ita coniuncta est cum pia resurrectionis I. C. memoria nostrae omnium futurae fiducia, Ciues Academici, et quasi diuino artificio vtraque colligata, vt, qui in illa celebranda tardior reperiatur, in eo quoque haec non firma consistere possit, isque adeo huius sensu plane carere cogatur, in quo illius religio nulla existat. Quod cum quisque ex suo sensu aestimare possit, et ita euictumetiam sit ab Apostolo in epistola ad Corinthios, vt nihil neque ad grauitatem, neque ad solatium disputationi eius addi possit, necesse non est a nobis in hoc loco amplius suaderi. Quin potius hoc dicemus, quod consequens illius vinculi est, sollempnia resurrectionis D. N. I. C. non maiori facile cum pompa peragi posse ab homine christiano, quam si cum eius renouata recollectione seriam suae cogitationem coniungat, robora huius vndequaue colligat, rationem atque modum circumspectat, quantum momenti ad omne verum solatium inest cognoscat, et quae reliqua cum tali cogitatione coniuncta sunt. Nam ita profecto Auctori tantae expectationis grati et nobis ipsis vtilis euademus. Dabimus nobis testimonium de nostra resurrectionis I. C. fide: Dabimus Ipsi Domino, et, quo tantopere indigemus, grauissimum ad vitae sanctimoniam incitamentum paratum habebimus. Adeffe itaque, et, vti quisque maxime potest, hoc agite! Vocant instantia Sacra resurrectionis I. C.! Concurrite, qui Ipsum

colitis, et, si Vos ipsi amatis, de Vestra simul cogitate! Nos prudentem monitorem Vobis commendamus IUSTINVM, cuius consiliis toties cum fructu uti liceat, quoties forte in *cavinculae* inprimis huius (ut ipse eam appellare solebat*) restitutione animus haesitare velit. Neque facile Vos poenitet eum audiuisse, neque Ille prompta atque accurata doctrina vobis deerit, nisi per intervalla quaedam morbi impediatur. Ut itaque primum paucis de eo admonendi sitis, nobisque ratio de comitatu, quem ipsi adiunximus, reddenda sit antequam eum adeatis.

Vivebat IUSTINVS, seculi II. post C. N. scriptor, iis temporibus, quibus vniuersae religionis Christianae auctoritas inprimis etiam ex hoc capite ab exteris Philosophis impugnabatur, quod resurrectionem corporis, quin ad eam carnis, suis promitteret, existeretque haec pugna ad speciem multo difficilior, cum inter ipsos fidei professores, quales certe videri volebant, multitudo eorum surgeret, qui in hoc argumento haud minus pertinaciter dissentirent. Itaque vel hac vna de causa mirum fuisset, si ille IUSTINVS, qui pro vniuersa christianorum doctrina Antonino Pio Apologiam laude omnium celebratam obtulerat, non huius etiam inprimis partis doctrinae defensionem aliquam suscepisset. Atqui fecisse hoc reperiuntur non solum ex testimonio *Methodii* seculi III. doctoris in libro de *resurrectione*, verum etiam per *Io. Damasceni* studia, qui in *Parallelis*, quae sunt Excerpta ex superiorum Patrum scriptis, eius de resurrectione disputationem quoad maximam partem seruauit. Eam nunc demum *Halloixius* in vitis illustrium orientalis ecclesiae Scriptorum T. II. ex scripto codice illorum *Parallelorum* cum latina versione typis excubari curauit, proxime ab hoc reperiit *Grabinus* in Spicilegio Patrum T. II. et nuperissime Monachi Benedictini in splendidissima operum

IUSTINI

*) cf. periodum in extremo huius fragmenti : *ἀναστῆναι ἐστὶ τοῦ*
κατακλιμένου σώματος.

IVSTINI editione, Append. Parte II. Neque vero vlla dubitatio relicta est, quin opusculum genuinum IVSTINI esse existimeretur, atque vel vnum *Methodii* testimonium proximi aetate, omnem vinceret, si aliunde quidem oriri posset. Sed ita etiam sibi in hoc similis apparet IVSTINVS, cuius rei indicia ad singulos locos delati plura dabimus, vt qui suo sensu experiri velit, ei auctores sumus, vt Apologiam tantum cum hoc fragmento continua lectione percurrat. Sed, vt diximus, fragmentum est, truncata tamen, si recte ominamur, parte valde exigua, et, quod ex vsu ipso patebit, ea maxime, qua *Marcionitarum* circa carnem I. C. *Φωσμενον* fumum dissipauit. Vt itaque in hoc genere nihil amplius dicendum restet, quam, quod facile quisque per se expectet, esse vniuersam hanc, qua nobis superest, disputationem, fide, doctrina, pietate atque modestia IVSTINI dignam. Exordium aptum argumento, in quo sola diuina auctoritate nitimur; quaestio controuersa rite statuta; rationes aduersariorum potiores liberaliter propositae; responsionis ordo facilis atque apertus, si vnum aut duo loca excipias; nullum durius verbum elapsum et si ad sihrilitatem *Athenagorae*, cuius non ignoratur grauis sermo de resurrectione, a *B. Rechenbergio* in parabili editione theologiae studiosis traditus; si itaque ad illam non accedit, tamen neque opus erat eadem, aduersus hos, quos sibi in primis aduersarios sumserat, Gnosticos, puta, vt plurimum *Φαντασιαζοντας*.

Quae nunc de nostro addidimus haec sunt: Titulum ei praeposimus *Αποδείξεως* resurrectionis carnis, quoniam ipse hoc verbo aut cognato aliquoties vtitur, vt quando mox ab initio *ἀποδεικνύται λόγος* appellat: Inprimi deinceps curauimus ad textum *Marani* (is enim praefuit *Benedictinorum Parisensium* editioni, vt adeo in notis promiscue *Marani* nomine et *Benedictinorum* appellatione vsi simus) *Grabianum* in tribus aut quatuor tan-

rum retinentes locis: Versionem immutauimus, ubi recepta obscuritate aut plane inconcinnitate laborare videbatur, unde in totum fere exordium eam operam impendere coacti fuimus: Partes porro disputationis in ipso contextu, diuerso caractere et aliis signis indicauimus, atque tandem obseruationes historico-criticas subiecimus. Erat enim ab initio nobis plane propositum, hoc tempore breui enarratione dogmatis de resurrectione carnis facta atque vicissitudines commemorare. Sed cum mox etiam intelligeremus paucitatem orationis argumentum tam varium atque copiosum non ferre, haecenus consilium mutauimus, ut per obseruationes quasdam ad libellum IVSTINI eiusmodi enarrationis ambitum atque etiam usum subindicarem, eam ipsam seruantes iusto commentario, quem mercato Lipsiensi proximo apud Weygandum prodire iussimus sub indice: *Fides dogmatis de resurrectione carnis per quatuor priora secula: — enarratio historico-critica.* — Huius vero generis notas ad contextum IVSTINI distinximus a reliquis grammaticis, ad verborum intelligentiam et lectionis veritatem pertinentibus, litteris Alphabeti.

Vtini nunc, Ciues Academici, his, quae Vobis ad recreationem piam doctamque simul parauimus subsidiis: Date operam, ut qui per resurrectionem I.C. omnes candidati *ἀναστάντες τῆς σαρκὸς* facti estis, nunc etiam per *ἀναστῶν ἐν σαρκί*, ex *Φρασεὶ Clementis Alexandrini*, quae huius vitae est, atque perpetuo virtutis studio contingit, Seruatori gratam piamque mentem exhibeatis, Vobisque futuram resurrectionem non solum sperare, sed etiam impense propter eam laetari liceat. Facietis vero hoc, si numquam e memoria Vobis elabi patiimini illud Pauli praeceptum: *Μνημονεύετε Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγρηγορηένου ἐκ νεκρῶν.*

P. P. in vigiliis Paschalibus

MDCCLXVI.



FRA-



FRAGMENTVM
 ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ
 IVSTINI MARTYRIS
 DE
 RESVRRECTIONE

EXORDIVM.

Ομεν της ἀληθείας λό-
 γος ἐστὶν ἐλευθερος
 τε καὶ ἀντεξέσιος. 1)
 ὑπο μηδεμίαν βασανὸν ἐλεγχε
 θελῶν πιπτεῖν, μηδε τὴν παρὰ
 τοῖς ἀκράσι δι' ἀποδείξεως 2)
 ἐξετάσιν ὑπομένειν. 3) Το γὰρ

Veritatis pronounciata
 libera sunt atque
 sui iuris; nulli ar-
 gumenti probationi subici
 volunt, neque apud audien-
 tes demonstracionis examē
 sustinere. Etenim eorum
 prae-

- 1) Verbum etiam alibi a *Iustino* vsurpatum, adeoque a *θερασε* e-
 ius non abhorrens: cf. *Apol. II. §. 7.* ἀντεξέσιος - - τῶν ἀγγέλων
 γέρος - - ἐποίησαν. Ceterum docta in interpretando libertate
 vtentes, pro *veritatis sermo*, quod habent reliquorum versio-
 nes, ad sensum et latinitatem magis accommodate posuimus,
veritatis pronounciata.
- 2) Editores *Benedictini*, nescio quare, vertunt: *neque examen*
per probationem - - *sustinere*.
- 3) Animaduertendum eum non dicere, *times examen*, non pot-
 est

A

εύγενες αὐτῶ καὶ πεποιθὸς, αὐτῶ τῶ περιφαντι πισυεσθαι θελεῖ λογὸς δε ἀληθεῖας ἀποθεῖ περιπεταί. Διο καὶ τὸ ἐλευθερον τὸ περι αὐτου, ἔφοβτικον κατ' ἐξουσιαν γὰρ φερομενος, 1) ἐκτοσ ἄδε τας ἀποδείξεις των λεγομενων ἀπαιτεισθαι θελεῖ. ὅτι μηδε εἰσιν ἄλλαι παρεξ αὐτης της ἀληθεῖας, ὅπερ εἰν ὁ θεος. 2) Πασα γὰρ ἀποδείξις ἰχυροτέρα τε καὶ πισοτερα τε ἀποδεικνυμενα τυγχανει. εἴγε τὸ προτερον ἀπιστεμενον περι η τὴν ἀποδείξιν εἰλθειν, ταυτης κομισθεισης ἔτυχε πισεως, καὶ τοιαυτον ἐφανη, ὅποιον ἐλεγετο.

praestantia atque certitudo, ipsi, qui (ea) misit, fidem haberi postulat. Mittitur autem a Deo veritatis doctrina atque propterea etiam libertas eius minime est arrogans. Pro imperio enim publicata, merito nec demonstrationes eorum, quae dicuntur, exposci vult, cum nulla maior sit (demonstratio) praeter ipsam veritatem, quae est deus. Omnis enim demonstratio validior et fide dignior est eo, quod demonstratur; siquidem, ea producta, id, quod antequam demonstratio accedebat, non credebatur, fidem assequitur et tale apparet, quale affirmaba-

est argumentis probari, quod esset omnino mendacis potius doctrinae indicium, sed non vult, quod est eius, qui cum summa auctoritate imperat. Ita mox ipse ambiguitatem tollit.

- 1) Haec Editores Benedicti vertunt sine omni sensu, *nam quia cum potestate mittitur; paulo melius Grubius f. Halloixius: quod enim cum potestate profertur, etsi neuter animaduertit eum non dicere το κατ' ἐξουσιαν φερομενον, sed φερομενος, sc. λογος.* Sed ita etiam Graecorum κατ' ἐξουσιαν ipsum latinorum *pro imperio est.*
- 2) Vulgo vertunt, cum *nec aliae sint extra ipsam veritatem, quae est Deus.* Sed hoc nimis ad verbum. Itaque nos sensum magis expressimus,

της δε αληθείας ισχυροτερον
 εδεν, εδε πισοτερον. ας ο πε-
 ρι ταυτης αποδειξιν αυτων,
 ομοιος εστι τω, τα φανομενα τοις
 αισθησει, λογοις θελοντι α-
 ποδεικυσθαι, διοτι φαινεται.
 των γαρ δια τε λογω λαμβαν-
 ομενων 1) κριτηριον εστιν η αισ-
 θησις. αυτης δε κριτηριον εστι
 εστι πλην αυτης. Ωσπερ εν
 τα δια τε λογω θηρωμενα
 απαγοντες επι την αισθησιν,
 ταυτη κρινομεν, οποια ποτε
 οντα τυγχανει, ετε και αλη-
 θη, ετε και ψευδη, τα λε-
 γομενα, 2) εν ετι δε κρινο-

mabatur. Nunc vero nihil
 veritate validius, nihil fide
 dignius, adeo, vt qui eius
 demonstrationem desideret,
 similis sit ei, qui, quae sen-
 sibus patent, rationibus de-
 monstrari velit adesse. Nam
 horum quidem quae ratiocini-
 o comprehenduntur, iudi-
 cium penes sensum est, ipsi-
 us autem sensus non aliud
 praeter ipsum. Quemadmo-
 dum igitur ea, quae ratio-
 cinio assecuti sumus, sen-
 sui subiicimus, hoc iudicium
 facientes, qualia tandem sint
 quae dicuntur, verane an fal-
 sa,

1) Hic communem versionem Editt. Benedictr. iure deserunt, in
 qua graecum λογος, rumor, fama transfertur; quae per rumor em
 accipiuntur - quemadmodum igitur res per famam inuestiga-
 tas etc. Nunc etsi vsus linguae non repugnet, neque etiam
 analogia linguarum desit, vt in nostro Rede, et latinorum, ver-
 ba sunt rell. tamen vniuersae orationis consilium atque adeo
 sensus ipse repugnat. Rumor enim inanis, in quo nimirum
 ponitur verbum λογος, quomodo tamen sensibus percipi pos-
 sit! Atque sic neque hoc dicere volebat Iustinus. Loquitur
 de iis, quae animus ratiocinando assequitur: Haec, inquit,
 etsi artificiose vnum ex altero efficiatur, tamen saepius ita
 comparata sunt, vt testimonium sensuum accedere debeat,
 si in iis acquiescere velimus, hocque demum certissimam
 persuasionem pariat; contra, quae sensu percipiuntur, sen-
 sus etiam ipse, nullam aliam auctoritatem desiderans, ap-
 probat.

2) Ordo verborum est πο' σ' τυγ' τα λεγομενα, ετε κ' τ' λ'. Itaque
 A 2 NOR

μεν, πιστευοντες αυτη· ετω
 και τας ανθρωπινας και κοσ-
 μικους λογους 1) αναπεμπομεν επι
 την αληθειαν, και ταυτη κρι-
 νομεν, είτε Φαυλοι, είτε και
 μη τυγχανασι οντες. Τας δε
 της αληθειας εδενι κεινομεν
 ετερω, πισευοντες αυτη a).
 εστι δε αληθεια ο Θεος, ο πα-
 της των ολων, b) ος εστι νες

fa, neque amplius tunc in-
 quirimus sensui fidem tribu-
 entes; ita etiam humanos et
 vulgares sermones veritati
 submittimus et per hanc,
 maline sint, an non, discer-
 nimus. Veritatis vero pro-
 nunciata ad nullam aliam
 rem aestimamus, fidem ipsi
 habentes. Est autem veritas
 Deus, vniuersorum Pater,
 qui

non satis accurate versio recepta: *quales sint, verane, quae
 dicuntur, an falsa.*

- τ) κοσμικους λογους mundanos sermones vertunt. Sed quinam nunc
 mundani sermones? latini certe non! Itaque intelligendi ser-
 mones, quos solent homines in vita communi de quacunque re
 instituere, cuius significationis ambitum in verbi vulgaris
 angustias coegimus. Ita deinceps κοσμικους λογους, communes
 rationes appellat.
- α) Notent sacrae theologiae studiosi haec aduersus eos omnes di-
 ci, qui veritatibus diuinis, suis diuitiis contentis, mox suis de-
 monstrationibus succurrere volunt iisque obruunt magis, quam
 adiuuant. Nituntur nimirum multa in religione testimonio-
 rum fide, quemadmodum in rebus naturalibus vsu quo-
 tidiano. Itaque vt in his ipsi sensus demonstrant, ita plene
 in illa auctoritas testium: Et quemadmodum ibi Phi-
 losophus optimus is, qui sensibus recte vti didicit, ita hic
 optimus Theologus, qui testimonij diuini vim recte intelli-
 git atque apud alios interpretatur: cf. deinceps aliquoties
 dicenda.
- β) Iustinus alibi πατη των παντων. Forte vero in hoc loco, in quo
 mox etiam Gnosticos tangit, Simonianorum causa των ολων
 potius dicit, cum constet Simonem Helenam suam μητερα των
 ολων appellasse.

τελειος. α) Ὁ γενόμενος υἱος | qui est Meus perfecta; cuius
 ὁ Λογος ἦλθεν εἰς ἡμας, σα- | filius, cum sit verbum, ad
 κα Φορεσας. β) ἑαυτον τε και | nos venit *carnem* gestans, fe-
 τον πατερα μηνων, γ) διδας | que ipsam et Patrem indi-
 ἡμιν ἐν ἑαυτῷ 1) την ἐκ νε- | cans exhibuit nobis in se ipso
 κρων ἀναστασιν, και την μετα | resurrectionem ex mortuis
 ταυτα ζωνν ἀωνιον. Ἐσι δε | et posthac vitam aeternam.
 ἔτος Ἰησους Χριστος, ὁ σωτηρ | Est autem hic Iesus Christus
 ἡμων και δεσποτης. ἔτος τει- | Seruator noster et dominus,
 νυν αὐτος ἐσιν ἑαυτα τε και | ac proinde sui ipsius et cun-
 των ὁλων πιστις τε και ἀπο- | ctorum fides et demonstra-
 δεξις. δ) Διοπερ ὅτι τρω κα- | tio simul. Unde, qui illum
 τακολεθουντες, και γνωντες αὐ- | sequuntur et eum cogno-
 scunt,

a) *Novus* τελειος, scilicet contra Gnosticos, qui omnes, vt *Basilidiani*, *Valentiniani* etc. non solum *Novus* ab eo quem *Πατερα* vocabant distinguebant, verum etiam hunc τελειον esse dicebant, *Novus* non aequae.

b) Denuo Gnosticis oppositum, qui etsi corpus, *coslestis*, *lucidum* Christo relinquere solebant, tamen pertinaciter *carnis* veritatem oppugnabant.

c) Vtitur saepius Iustinus hoc verbo, vt, *Apol. I. §§. 17. 39.* Ipsam vero rem aduersus *Simonem*, *Menandrum* et *Saturninum* posuisse videtur, qui se aduenisse iactabant, vt *unum Patrem incognitum omnibus ostenderent*, quae sunt ipsa verba *Irenaei de Saturnino* lib. I. adu. haer. c. XX.

1) in se ipso h. e. in sui corporis resurrectione: Ceterum respexit videtur ad *Iob. XI, 2.*

d) En! quomodo ad superiora alludit; dixerat veritatem se ipsam demonstrare, sicque nunc I. C. eum appellat, qui se ipsum demonstrat eum esse, qualem se credi vult, *agendo* nimirum, *patiende*, *resurgendo*, quae cum in facto posita et testimoniorum fide firmata sint, nemo negare possit, adque quisque credere cogatur.

τον, την εἰς αὐτον πίσιν, ὡς ἀποδείξιν, ἔχοντες, ἀναπαυο-
ται ἐν αὐτῷ. 1) Ἐπειδὴ δὲ
πολλοὺς 2) ὁ ἀντικειμενὸς πο-
λεμῶν ἢ παύεται· πολλὰς δὲ
καὶ ποικίλας 3) τε μεθοδοὺς
πρὸς ἐπιβληνὴν χρεῖται πρὸς μὲν
τὰς πεπιστευκότας, ἵνα τὰς
τῆς πίστεως ἀπαγάγῃ, πρὸς δὲ
τὰς ἀπίστους ἔτι, ἵνα μὴ πεισε-
σασῶν ἀναγκάσει εἶναι μοι δο-
κεῖ, καὶ ἡμᾶς καθωπλισμένους
τοῖς τῆς πίστεως λόγοις ἀπρω-
τοις ἔσῃ, ἀντιπολεμῆν αὐτῷ
διὰ τῆς ἀσθενείας. α)

feunt, fidem in eum, tanquam
demonstrationem habentes,
acquiescunt in eo. Cum ve-
ro aduersarius non desinit
multos oppugnare, et multis
variisque artibus ad infidias
vitur; aduersus credentes
quidem, vt eos a fide abdu-
cat, aduersus incredulos ve-
ro, ne (forte) credant, ne-
cesse mihi viderur, vt nos
etiam inuictis fidei sermoni-
bus armati, imbecilliorum
causa, aduersus eum pugne-
mus.

TRA-

- 1) Cum verbo *Ἐπειδὴ* secundae paragraphi initium fecerat *Grabi-
us*, *Maranus* vero ad primae adhuc retulit contextum, qui
ab hac particula pendet. Atque hunc nos ex ratione obuia
secuti sumus.
- 2) Πολλοὺς *mortales* transtulerat interpretes quem *Grabius* sequitur.
Non video quare, inprimis cum non sit de sententia Iustini,
et non minus discrimen inter *multos* et *mortales*, quam inter
multos et *omnes*.
- 3) Haec melior scriptura antiquissimi codicis Coisliniani, quam
etiam in textum receperunt Benedictini edd. Apud *Grabium*
legitur *πολλοὺς δὲ πικροὺς τε*.
- 4) Incipit nunc ipsa disputatio; in qua ita versatur, vt *primum*
quaestionem, cuius causa eam suscipiebat, statuat; rationes de-
inde aduersariorum recenset et quidem A) *communes* omni-
bus 1) ab *impossibilitate* 2) ab *indignitate* 3) ab *repugnantibus*
desumptas B) *domesticas* quasi Gnosticorum; atque nunc de-
inceps iis respondendo occurrat per capita *tria*. In pri-

T R A C T A T I O.

Φασιν δι τα χειρονα λεγοντες,
 ΜΗ ΕΙΝΑΙ ΤΗΣ ΣΑΡ-
 ΚΟΣ 'ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ' αδυνατον
 γαρ ειναι την φθειρομενον, και
 διαλυομενην 1) ταυτη συναχθε-
 ναι 'ΕΙΣ ΤΟ 'ΑΤΤΟ. α) Προς
 γαρ το αδυντον 2) και ασυμ-

Aiunt (ergo) qui deteriora
 profitentur, NON ESSE
 CARNIS RESVRRECTIONEM.
 Fieri enim non posse, vt cor-
 rupta et dissoluta in Idem
 restituantur; et praeterquam
 quod impossibile sit, esse et-
 iam, huius, dicunt, salutem in
 uti-

mo quidem, *repugnantiae* speciem ab aduersariis obiectam,
 tollit: in secundo reliquas duas committit, tertio, alias illas,
 quas domesticas diximus, refellit. Haec sufficiat in vniuer-
 sum de argumentis et ordine disputationis monuisse. Singu-
 las partes in ipso contextu per indicia satis manifesta chara-
 cterum aut notarum declarauimus.

- 1) *Grabii* scripturam δι λεπτων λυομενην in hanc quam exhibuimus
 mutauit *Maranus*, sine allata auctoritate: Recte tamen! Ita
Athenagoras l. de resurrectione §. 25. δε - γενεθου - παντη
 διαλυθεντων σωματος αναστασις rursus. §. 3. διαλυθεντα - αναστασις et
 §. 8. παντη διαλυθεντων σωματος: omninoque verbum hoc proprium
 in hoc argumento.
- 2) in *Idem* vertimus. Nam etsi hoc paulo durius auribus latinis
 sonet, et vulgata versio in *pristinum statum* latinitatem magis
 seruat, tamen hic ad verbum interpretandum, vbi graecum
 το αυτο singulare pondus habet. Qui enim vel maxime cor-
 poris resurrectionem qualemcunque concedebant, nondum
carnis admittebant, et qui *carnis* additamentum ferebant, am-
 plius *Eiusdem* s. *Huius Ipsius* resurrectionem negabant. Hinc
Idem *Iustinus* *Apol. I.* vt aeterna poena puniantur ΤΟΙΣ ΑΤ-
 ΤΟΙΣ σωματος - γενομενοι et *Athenagoras* l. c. διαλυθεντων σωμα-
 των, και ΤΟΙΣ ΑΤΤΟΙΣ ανθρωποις αυτηναι καλιν cf. §. 2. 3. et §.
 προς την ΤΟΤ ΑΤΤΟΤ σωματος ερμηνειαν.
- 2) το ante αδυντον ex *Marani* editione, tanquam pleniorē et
 graecissimo accommodatiorem scripturam, inseruimus.

Φορον Φασιν ὑπαρχειν την ταυ-
της σατηριαν, και κακιζεσιν
αυτην, τα ελαττωματα προ-
Φεροντες· και αυτην μονην των
αμαρτηματων αιτιαν αποΦαι-
νονται, ὡσε ει μελλει, Φασι,
σαρκει ανισασθαι, και τα ελατ-
τωματα συνανασθησεται. Και
σοφισματα πλεκσι τοιαυτα·
Ει η σαρξ ανισαται, η τε ο-
λοκληρος ανασθησεται και παν-
τα τα μορια εχουσα, η ατε-
λης· αλλα το μεν ελλειπη
μελλειν αυτην ανισασθαι, αδυ-
ναμιαν εμφανει τς Θεσ, ει τα
μεν ηδυνηθη σωσι, τα δε ε'
ει δε παντα τα μερη, και τα
μορια εξει, δηλον οτι 1) ταυ-

utilem et maledicunt ipsi e-
iusque vitia proferunt et e-
am solam peccatorum cau-
sam esse pronunciant; vt, si
caro, inquit, resurgat, ipsi-
us quoque vitia simul resur-
rectura sint. Sicque (porro)
huiusmodi sophismata ne-
ctunt: *Si caro resurget, aut
integra omnibusque membris
instrueta, aut imperfecta re-
surgat; atqui vero imperfe-
ctam eam resurrectionem, im-
potentiam dei arguit, si unum
quidem seruare potuerit, alte-
rum non item; si vero omnes
partes habebit, etiam membra
videlicet; haec (vero) post re-
surre-*

- 1) Ita legunt et distinguunt Benedict. editores, omittendo etiam ante πωσ εν, και. Superiorum editionum scriptura haec erat: α δε παντα τα μερη και τα μορια εξει, δηλονοτι ταυτα λεγειν υπαρ-
χεν - - ανισασιν, και πωσ κ' τ' λ'. Hic omnino posteriori κασ totam constructionem turbat. Sed contra codicum auctorita-
tes defunt ad confirmandam mutatam scripturam; Maranus, certe nullam adducit et adeo plane de facta mutatione silet; praeterea si prius και in hoc loco non mere copulatiuum es-
set, et potius consecutiuum, in mox sequentibus ab initio cap. 1. dicere debuisset α -- το σωσι, και δηλον οτι τα -- εξει κ' τ' λ'. Itaque lectoribus liberam relinquimus electionem. Nobis si coniectura vti liceat, videtur potius post verbum ανισασιν ali-
ud excidisse, vt legendum forte et distinguendum sit, α δε πα-
τα με' και -- εξει, δηλον, οτι ταυτα λεγειν - - - ανισασιν απο-

τα λεγειν ὑπαρχεν μετα την
 εκ νεκρων ἀναστασιν, πῶς ἐκ
 ἀτοπον, 1) τε σωτηρος εἰρηκο-
 τος· ἔτε γυμνασιν, ἔτε γυμνα-
 κονται. ἀλλ' ἐσονται ὡς ἀγγε-
 λοι ἐν τῷ ἔθανῳ. a) οἱ δὲ ἀγγε-
 γηλοι; Φασιν, ἔτε σαρκὰ ἐχθ-
 σιν, ἔτε ἐσθίσιν, ἔτε συν-
 εστιαζονται ὡς ἂν σαρκὸς ἀ-
 ναστασις γενησεται. Ταῦτα
 μὲν ἐν και τα τῶτοις ὁμοια
 λεγοντες πειρῶνται διαστρεφειν
 τῆς 2) ἀπο τῆς πίστεως.

surrectionem futura dicere, quomodo non absurdum, cum Saluator dixerit neque nubent, neque nubentur; sed erunt sicut Angeli in coelo: nunc angeli pergunt, neque carnem habent neque comedunt, neque coitum exercent, ut adeo neque carnis resurrectione futura sit. Haec igitur et similia his disputantes quosdam a fide auertere conantur.

Sunt

πον' και πως ευκ ἀποπον. - - Atque sic etiam patet, quam facilis lapsus in omittendo fuerit.

- 1) Formula aliquoties recurrens in hoc fragmento : cf. §. 1. *Ἐξῆς δε* et proxime sequentia.
- a) Locus, quo tanquam classico vti solebant aduersarii doctrinae de resurrectione carnis, vt ex narrationibus etiam *Irenaei, Tertulliani, Hieronymi* patet, cf. *enarrationem meam hist. crit.* Ipse *Clemens Alexan.* haud obscure, et *Origenes* post eum aperte ex eodem contra *sexus* in futura vita discrimen disputabant: quibus, vt et superioribus, defensores communis fidei respondebant matrimonii tantum *usum* hac Seruatoris affirmatione tolli. Sed hic nimirum illi pergebant concludendo; *si nullus amplius usus membrorum, quid opus ipsi membris?* Itaque hoc in sequentibus agit *Iustinus*, vt et huic quaestioni satisfaciat.
- 2) *tas, Maranus, fidelis* vertit: sed necesse non est.

B

Εἰσι γὰρ τινες, α) οἱ λε-
γῶσι καὶ αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν πνευ-
ματικὸν μόνον παρεῖναι, μηκε-
τι ἐν σαρκί· Φαντασίαν δὲ
σαρκὸς παρεσχῆκεναι, περὶ
νοὶ καὶ αὐτοὶ ἀποστρέφει τῆς ἐ-
παγγελίας τὴν σαρκά. β) Πρω-
τον μὲν τὰ ὑπ' αὐτῶν δοκῶντα
ἀπορρῶ φανερῶσαι, λυσομεν· γ)
εἰθ' ἄνω ἐξῆς ἐπαξάμεν
τὸν ἀποδεικνύοντα λόγον περὶ
τῆς σαρκὸς, ὡς ἔχει σωτη-
ριαν. 2)

Sunt praeterea quidam,
qui dicant, ipsum adeo Je-
sum *spiritualem tantum ad-*
uenisse, non item in carne;
quin potius imaginem tan-
tum carnis exhibuisse; et ipsi
conantur carnem priuare
promissione (resurrectionis
s. salutis). *Primum* itaque ea,
quae ipsis inexplicabilia es-
se videntur, soluemus; *tam*
deinceps disputationem de
carne eam inferemus, quae
salutem eius quoque fore
demonstret.

Dicunt

- a) *quidam* -- nimirum *Cerdoniani, Marcionitae* rel., qui I. C. carnem φανουμένην tribuebant. Hos alibi aperte nominat, vt Apol. I, §. 26.
- b) Haec, vt l. c. planum fecimus, non ita intelligenda sunt, quemadmodum multi docent, quasi veritatem *carnis* l. c. negassent, vt hoc maiori cum specie carnis humanae resurrectionem negare possent. Primum eorum quasi sumtum erat, carnem hominis non ipsius Dei supremi, sed malorum Angelorum opificium esse, in cuius effectis necessarii nunc utraque illa praesumptio de *carne Christi*, et *nostra*, spe alterius vitae exclusa, erat. Neque plus dicere vult *Iustinus*.
- γ) ἀπορρῶ -- λυσομεν: *intricatum illam conclusionem*, quam paulo ante Sophisma dixerat. Hanc primum quasi explicat, vsque ad verba, τὰ μὲν οὖν περὶ αὐτῶν νομιζόμενα ἀπορρῶ κ. τ. λ.
- 2) Hic recte edd. Benedd. versionem communem deseruerunt, *quoniam pacto* ea salutem consequatur demonstrabimus. Vult enim, vt in scholis loquuntur, non το πως, sed το εὖ demonstrare. Fefellit interpretem ὡς.

C A P V T I.

Φασι τοιουν· εἰ ολοκληρον
 a) ἀναίσθηται το σωμα, **D**icunt ergo: si integrum
 και τα μορια αὐτα παντα ἐ-
 ζει, ἀνάγκη δὲ και τα ἔργα-
 των μοριων ὑπαρξαι· μητεαν
 μοριον κωσκειν, σπερματιζειν δὲ
 μοριον ἀνδρος, και τα λοιπα δε
 ὁμοιος. ἔσω δὲ ἐφ' ἑνος 1) ἔ-
 τος ὁ λογος ἱσαμενος· (ταυτε
 γαρ ἀποδεικνυμενε ψευδης, οἰ-
 χησεται πας ὁ λογος αὐτων)
 το μεν ἐν τα μορια ἐνεργητα
 ταυτα ἐνεργειν ἀπερ ενθαι
 τα φαινεται δηλον το δε κατ'
 ἀνάγκης αὐτα κατὰ την αρ-
 χην 2) ἐνεργειν, ἐκ ἀνάγκαι-
Corpus resurget et omnibus
 suis membris instructum erit,
 cogitur, ut et ipsae membro-
 rum functiones amplius exi-
 stant, utque matrix quidem
 concipiat, membrum autem
 viri semen spargat et sic reli-
 qua similiter! Sit vero hoc
 vnum totius disputationis
 fundamentum! illius enim
 demonstrata vanitate, tota
 eorum causa corruet. Ma-
 nifestum itaque est, membra
 quidem quae operantur, ea
 quae hic videmus operari,
 neque

a) Magni ponderis verbum in hoc argumento, quo tam ad
 qualitatem membrorum, quam ad numerum eorum in resur-
 rectione indicandum utebantur. Idem Iustinus vsurpat ad-
 uersus Tryphonem §. 69. ολοκληρον αυτον (hominem labe
 corporis in hac vita affectum) ἐν τη --- παρασια εἰσοσσει: A-
 thenagoras de resurrectione §. 2. per περιφρασιν dicit κατὰ το
 μερος ὄλον και μοριον: Tertullianus tandem c. ult. elegante
 gradatione vitur: resurget igitur caro, et quidem omnis
 et quidem integra: cf. sequentia passim.

1) Ita Codex Coislin. pro vulgato ἀφ' ἑνος; quod recte reiecit
 Maranus.

2) Hoc κατὰ την ἀρχην, ab initio, vertunt. Ut adeo nouo in-
 terprete opus sit ad intelligendum, quid sit, non necesse ut
 omnino ab initio operentur: Est itaque κατ' ἀρχην, si ita dicere
 liceat, originaliter, et in hoc loco significat eiusmodi fertili-
 tatem,

ον. 1) ἵνα δε σαφες ἡ το λε-
γομενον, ἄτω σκοπησωμεν. Μη-
τρας ἐσιν ἡ ἐνεργεια το κυσκειν
και μορις ἀνδρος το σπερμα-
νειν. ὡσπερ δε εἰ 2) ταυτα μελ-
λει ἐνεργειν τοιαυτας ἐνεργειας,
ἔτως ἐκ ἀναγκαιον αυτοις ἐσι,
το την ἀρχην ἐνεργειν (ὄρωμεν
γὰρ πολλας γυναικας μη κυ-
σκατας, ὡς τας μητρας ἐχουτας
σευρας); ἔτως 3) ἐκ εὐθεως και
το μητραν ἐχειν, και κυσκειν
ἀναγκαζειν. ἀλλὰ 4) και μη

neque tamen *necessē*, vt om-
nino ea ex prima disposi-
tione operentur: quod, vt
planum fiat, rem ita confi-
deremus. *Matrici* est vis
concipiendi et membro viri-
li feminandi. Nunc vero,
quemadmodum, etsi munus
eorum est talia operari, ta-
men non *necessē* ipsis est,
ex prima dispositione ope-
rari (videmus enim multas
mulieres, quae non concipi-
unt, vt *pore steriles* veros
nactas); ita non statim *ne-*
cessari-

tatem, quae ex primo ortu *sexui sequiori adhaeret*. Ita omnia
sibi constant: Vtitur nimirum exemplis tribus; vno ab iis
mulieribus desumpto, quae sint *naturae* vitio steriles; secundo
ab his, quae *perpetuam virginitatem* coluerunt; tertio ab reli-
quis, quae *per certum tempus* a consuetudine matrimoniali ab-
stinent. Ex his omnibus viacit, vt, si *necessē existimetur*,
vsus membrorum in altera vita relinqui membris ipsis super-
stitibus, cogatur quoque nullam sterilem in hac vita reperiri;
virginem nullam existere etc. quae cum ipso facto resellan-
tur, sequi, vt illa etiam argumentatio inanis sit.

- 1) ἀπερ - - ἐνεργειν: haec omnia primum textui restituit *Mara-*
nus ex codice Coisli. sensu etiam, vt patet, requirenter.
- 2) ἐκ ταυτων communis lectio erat, antequam ex codice suo *Ma-*
ranus ea edidit, quod denuo vniuersus orationis tenor po-
stulat.
- 3) Hoc posterius *ἔτως*, ἀποδοσαν facit, prius respondet coniun-
ctioni *καὶ*.
- 4) Ἄλλως reliqui libri editi exhibent. Sed praeferenda, vt pu-
to,

σειραι μὲν ἐξ ἀρχῆς, παρθε-
νευσαι δὲ, κατηγγησαν τὴν συ-
νασιαν· ἕτεραι δὲ καὶ ἀπο χρο-
να. Ἀρξέναι μὲν, τῆς μὲν ἀπὸ
ἀρχῆς 1) παρθενευοντας ὁρω-
μεν, τῆς δὲ ἀπο χρόνα· ὡσεὶ δι-
αυτων καταλυεσθαι τὸν δι' ἐπι-
θυμίας ἀνομον 2) γαμον. Ἀλ-
λα μὲν καὶ κτηνων 3) τινὰς
εὐρισκομεν ἀτοκα, καίτοι μη-
τρῆς ἔχοντα, ὡς καὶ ἡμιονον
καὶ οἱ ἀρξένης ἢ γεννωσιν ἡμιο-
cessarium, eam, quae uterum
habeat, etiam concipere: quin
etiam minime quidem a primo
ortu steriles, virginitatis tamen
studiosae, plane abstineant a
congressu, aliae vero a certo
tempore. Mares autem, alios
quidem a prima iuuentute casti-
tatem obseruantes videmus,
alios vero a certo tempore,
ita ut ab ipsis dissoluatur
coniugium per nimiam cupiditatem
illegitimum. Quin et pecora
quaedam deprehendimus

to, lectio Cod. Coisli. per ἄλλα, quod eleganter Graeci in
argumentando adhibere solent; ita etiam mox ἄλλα μὲν
ἔω - -

- 1) Semper in initio haerent interpretes, cum clarum sit hic ἀπὸ
ἀρχῆς, vertendum esse a prima iuuentute, quemadmodum ali-
bi a puero.
- 2) Ambiguum, quid sit δι' ἐπιθυμίας ἀνομος γαμος, Halloixius vertit
per cupidinem initiae circa legis necessitatem nuptiae, et Mar-
anus per cupiditatem initiae circa legis praescriptum nuptiae;
ut itaque coniugium intelligeretur, quod folius libidinis ex-
plendae causa contractum est. Sed puto eum potius hoc di-
cere velle, quod in nostra interpretatione expressimus et ad
εὐφροσύνην coniugalem respicere. Non animaduertent sc. γα-
μος, hic coniugium, mairimonium ipsum significare ex Grae-
cismo satis cognito.
- 3) Maranus καὶ ζω τῶν habet, etsi mutatae lectionis nullam ra-
tionem reddiderit.

νοι 1) Ὡς και δια ανθρωπων, και δι αλογων καταργημενη την συνεσιαν, και πριν τε μελλοντος αιωνος ορασθαι. Και ο κυριος δε ημων Ιησους Χριστος, ε δι άλλο τι εα παρθενου ετεχθη, η ινα καταργηση γεννησιν επι θυμιας ανομου 2) και δεξη οτι 3) και διχα συνεσιαις ανθρωπινης δυνατην ειναι τω Θεω την ανθρωπιε πλασιν. και γενηθεις, και πολιτευσαμενος την λοιπην της σαρκος πολιτειαν λωγω δη εν τροφαις, και πο-

mus sterilia etsi matrices habeant, ut mulam, neque matres muli generant. Ut adeo tum per homines, tum per alias animantes mutuae consuetudini etiam ante futurum seculum derogatum esse videamus. Atque etiam ipse dominus noster I. C. non alia de causa ex virgine natus est, quam ut iniquae cupiditatis generationem aboleret ostenderetque etiam sine consuetudine humana formationem hominis deo possibilem esse. Genitus autem ac reli-

- 1) Hanc lectionem sequuntur Benedictini, et recte, ut puto. Prior erat; *εχοντα ημιονον δε και δι αρρενας ου γενωσιν ημιονοι*: sensu hoc, sed et matres muli non generant mulum. Ita primo vitium nimis frigidam *ταυτολογικην* parit; deinde expectandum erat, ut in hominum genere cum utroque sexu comparationem instituerat, ita non minus in animantium facturum esse; tandem cogit plane illam praeferre mentio matricis brutorum praecedens.
- 2) *Generatio illegitimae cupiditatis*, est, nobiscum nata per parentum vitium ac consuetudinem libido.
- 3) pro *ου*, Maranus ex codice suo in textum recepit *τω αρχοντι*, et vertit: *ut ostenderet principi huius mundi* etc. Sed non credo Iustinum ita scripsisse, neque etiam adest in textu *του αιωνος τουτου*, quod inseruit vir doctus in interpretatione, ipse sentiens nimis durum fore, si malum daemone abfolute *Αρχοντα* dixisset. Neque video, quid vulgatae lectioni tum ad sensum, tum ad elegantiam desit.

τοῖς 1), καὶ ἐνδύμασι, ταύτην δὲ
 τὴν δια συνουσίας μόνον ἐκ εἰ-
 γασατο, ἀλλὰ τὰς τῆς σαρκ-
 ος ἐπιθυμίας, τὰς μὲν ἀναγκαι-
 αίας ὑπάρχειν κατέδεξατο, τὰς
 δὲ μὴ ἀναγκαιίας ἔπρο-
 σήκατο. τροφῆς μὲν γὰρ, καὶ
 ποτῆ, καὶ ἐνδυματος σερούμενη
 σαρκί, καὶ διαφθαρεῖν ἀν' συ-
 νουσίας δὲ σερούμενη ἀνομοῦ, 2)
 οὐδὲν ὅ, τι παχέει κακόν. ἀμα 3)
 δὲ καὶ τὴν μέλλουσαν καταρ-
 γηοῦναι διὰ συνουσίας μὲν ἐν
 τῷ μέλλοντι αἰῶνι, προμνη-
 σεν, 4) ὡς φησὶν· οἱ δὲ οἱ τε

reliqua, quae carnis sunt,
 peragens, in cibo, inquam
 potu et indumentis, hanc v-
 nam, quae fit per concubi-
 tum, non exercuit, sed car-
 nis cupiditates necessarias
 quidem suscepit, alias vero
 minus necessarias non admi-
 fit. Nam cibo quidem et po-
 tu et indumentis si priuaretur
 caro et ipsa corrumpitur;
 priuata vero consuetudine,
 ad quam nulla lege adstric-
 tumus, nihil prorsus mali
 patitur. Pariter autem abo-
 len-

- 1) Καὶ ποτοῦ δεστ in editione Benedictinorum, nescio vtrum operarum vitio, aut ex codicis auctoritate. Sed vtcunq̄ hoc sit, verior omnino lectio quam expressimus, ob mox sequens etiam καὶ ποτοῦ.
- 2) Hic miror Maranum, qui in aliis locis putide vulgatam versionem sequitur, in hoc eam deseruisse et plane in peius mutasse. Ea haec est: *si autem priuata fuerit consuetudine*, quae nulla lege praecipitur, nihil etc. Atqui optime! cum *νόμος* non solum *quod contra legem fit*, sed etiam, *quod sine lege fit*, et in quo nobis libertas relicta est, significet. Quid nunc Maranus! scilicet contra omnem legem grammatices et sensus: sed si priuaretur *concesso a lege* concubitu etc.
- 3) Etiam hic superiores interpretes graecissimum non animaduertunt, dum vertunt *simul* autem desturam esse etc. Sed *ἀμα* eleganter, vt constat, etiam aequalitatem actionis interdum indicat: Vertere etiam possis *ita plane*.
- 4) Hoc quoque compositum aliquoties apud Iustinum occurrit: cf. Apol. I. §§. 28. 33. 36.

αἰῶνος τῆς γαμβῆς, καὶ γα-
μισκονται, οἱ δὲ υἱοὶ τῆς με-
λωντος αἰῶνος, οὔτε γαμβῆς,
οὔτε γαμισκονται, ἀλλ' ἔσονται
ὡς ἀγγελοὶ ἐν τῷ οὐρανῷ· μη-
θραυμαζέτωσαν οὐδὲ οἱ τῆς πι-
σεως ἔκτος, εἰ τὴν ἀπο τῆς νυν
καταργημένην ἐν τοῖς ἔργοις τῆ-
τος σαρκῆ, καὶ ἐν τῷ μελλον-
τι αἰῶνι καταργηται. a)

Ναὶ φασὶν· εἰ ἐν ἡ σαρκὶ
ἀνίσταται, καὶ τοιαυτὴ ἀνίστα-
ται, ὅποια κλιθῆσεται· ὡς εἰ
μονοφθαλμὸς κλιθῆσεται, μο-
νοφθαλμὸς ἀνίσταται· εἰ χλωσ,
χλωσ· εἰ ἄλλο τι τῆς σαρκῆτος

lendam esse in futuro seculo
eam, quae sit per concubitum
commixtionem, praedixit,
dum ait: *filii huius seculi nu-
bent et nuptias celebrant: filii
autem futuri seculi neque nu-
bent, neque uxores ducent.* Ne
proinde mirentur a fide alieni,
si carnem iam hic ab istis
operibus cessantem, etiam
in futuro ab iisdem cessare
faciet.

Sit ita, inquit! *Si ita-
que caro resurget, utique et-
iam talis resurget, qualis oc-
cubuerit; ut si quis monoculus
occubuerit, monoculus resur-
gat; si claudus claudus; et si
alia*

a) Cum satisfactione lectorum, ut puto, eam ratiocinii ab ad-
uersariis conclusi partem abioluit, in qua ponebatur, si mem-
bra corporis remaneant in altera vita, relinqui, ut etiam ipse
vñs supersit. Iusta etiam interpretatio verborum Seruatoris
et patens, cum facile, si ita futurum esset, dicere potuisset et
debuisset etiam οὐκ ἐπι σαρκὶ ἄρξεν καὶ θῆλυ (cf. Gal III, 28.
et nostrum Commentarium Cap. I. Sect. I. Classe III. et
Cap. V.) Sed pertinaciter tamen huic argumento inhae-
rere solebant, imprimis Gnostici (cf. dicenda aliquoties
post); nam Philosophi, quod ex Athenagorae dispu-
tatione patet, maxime rei insolentiam vrgebant et ἀδυνα-
τον. Pergit nunc ad alterum membrum examinandum, quod
tale erat, *si idem corpus resurgat, cogi, ut mutilatum in hac
vita etiam resurgat, quod tamen diuina potentia indignum
foret.* Videamus, quo successu!

ἕστηεν εἰη, τὸτο δε ἐλάττων ὁ
 ἀνθρώπος ἀναστήσεται· τετυφ-
 λωμενοι ὡς ἀληθῶς τα τῆς
 καρδίας ὀμματα 1) ἔ γὰρ εἶ-
 δον ἐπὶ τῆς γῆς τυφλῶς ἀνα-
 πλεποντας, χωλῶς περιπατεν-
 τας τῷ ἐκείνῳ λόγῳ ἅπαντα
 ἐποίησεν ὁ σωτῆρ, 2) πρῶτον μὲν
 ἵνα πληρωθῆ το ῥηθὲν δια τῶν
 προφητῶν περὶ αὐτῆ, ὅτι τυ-
 φλοι ἀναβλεπουσι, καὶ κωφοὶ
 ἀκούσων, καὶ τὰ ἄλλα· ἐτι
 δε καὶ εἰς πισιν, ὅτι ἐν τῇ ἀ-
 ναστασει ἡ σαρξὶ ὀλοκληρῶς ἀ-
 ναστήσεται. εἰ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς
 τας ἀσθενείας τῆς σαρκὸς ἰα-
 σατο, καὶ ὀλοκληρῶν ἐποίησε τὸ
 σῶμα, πολλῶ μαλλον ἐν τῇ ἀ-

*alia corporis mutila fuerit,
 hac etiam parte mutilus ho-
 mo resurgat. Vere occaecati
 quoad cordis oculos homi-
 nes! Nunquid enim non vi-
 derunt in terris coecos vi-
 dentes, claudos ambulantes
 per illius mandatum. Quae
 omnia Seruator fecit, pri-
 mum quidem, vt impleretur
 quod dictum est per Pro-
 phetas de illo: coeci vident,
 surdi audiunt et sic porro: de-
 inde ad fidem faciendam esse
 carnem resurrectorum in re-
 surrectione. Si enim in terra
 carnis infirmitates sanauit et
 corpus integrum reddidit,
 quanto magis hoc in resur-
 recti-*

1) Inest elegans sarcasmus: Illi dixerant: *itaque monoculus in hac vita etiam in altera monoculus resurget*; quibus nunc Iustinus, *O vos coecos!*

2) Variat iterum lectio in hoc loco: In superioribus nimirum libris, ante Maranum, editis erat - *περιστοιχίας*: *Τῷ αὐτοῦ λό- γῳ ἀπαντα κ' τ' λ'* quae vertebant: *Haec omnia verbo suo fecit* etc. Sed ita primo *Ταῦτα* adesse debebat; deinde hoc modo antecedenti propositioni aliquid ad sensum perficiendum, ex consilio certe *Iustini* deesset. Vult enim non in vniuersum quaerere, vtrum nunquam claudos ambulantes viderint, sed, vtrum nunquam viderint (h. e. audierint) per Iesum Christum claudis vsum membrorum pedis rursus restitutum fuisse. Itaque omnino *Benedictini* exempli lectio superior; tanquam *facilior* multo, praeferenda.

εἴηται τὸ ποιεῖται, ὡς καὶ ἀ-
 κεραιον, καὶ ὀλοκληρον ἀναστῆναι
 τὴν σαρκά. τα μὲν οὖν παρ' ἀν-
 των νομιζόμενα ἀπορα, τῶν
 τὸν τροπον ἰαθήσεται. 1) α)

rectione efficiet, vt caro in-
 tegra perfectaue resurgat.
 Hoc itaque modo, quae ip[s]is
 plane insanabilia videbantur,
 sanabuntur.

C A P V T I I.

Ἐτι δε και των λεγοντων μη ἀνι-
 στασθαι τὴν σαρκά· οἱ μὲν αἰς
 ἀδυνατον ἀναστῆναι λεγουσιν β) οἱ

Porro autem in his, qui re-
 surrectionem negant, alii
impossibilem eam esse dicunt; alii
pror-

- 1) Hic verbum *ιαθήσεται* et tota sententia non ad corporum in altera vita in integrum restitutionem pertinet, cum haec non ἀπορα dici potuissent; sed ad argumentum propositum, quod in extremo transitus ad hanc disputationem ἀπορον ex eorum mente dixerat cuiusque λύσιμω promiserat. Itaque hic, in loco, in quo proxime ante Seruatorem humanas imbecillitates sanasse commemorauerat, ingeniosa translatione, quales amat (cf. ante), vsus, in quaestionis contortae explicacione verbum *sanandi* ponit.
- α) Eodem argumento vtitur Dial. c. Try. §. 69. (cf. nostram enarracionem) atque in isto loco maiorem concludendi vim habere intelligitur quam in hoc. Nam ibi ostendendum erat, non *impossibile* esse *integrum* corpus resurgere; itaque recte vrgebat hoc, si *hic sanare potuit* - quare non multo magis in resurrectione? sed enim in hoc loco demonstrandum erat, non *repugnare*, *Idem* corpus, quod hic extiterat, resurgere, et tamen *integrum*, si in hac vita *mutilatum* fuisset, Fallacia itaque argumenti reprehendenda eaque quae de essentia corporis sunt, magis vrgenda fuissent.
- β) Hoc, vt iam diximus, perpetuum Philosophorum *Epicureorum* inprimis atque *Stoicorum* in contradicendo ratiocinium, in *quam*

de ως μη προσήκον τῷ Θεῷ ἀνι- | *provisus deo indignum eam suscei-*
 σανεν αὐτὴν δια τοῦ εὐτελεῆς καὶ | *tare propter exilitatem eius at-*
 ἐγκαταφρονήτου αὐτῆς; a) οἱ δὲ, | *que turpitudinem; alii deni-*
 ὅτι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἐπαγγελίαν | *que propter non factam ei pri-*
 ἔχεν b) 1)

SECT.

quam rem extat locus classicus *Augustini* in Pf. 88. in nulla re, inquit, tam pertinaciter, tam obnixè et contentiosè contradicitur fidei christianæ, sicut de carnis resurrectione - - - non tibubant sed aperitissime contradicunt, ut dicant fieri non posse, ut caro ista terrena possit in coelum ascendere. Suadet itaque aduersus hos possibilitatem, egregie, ut patet, dum κατ' ἀνθρώπων aduersus cui per vniuersam disputationem, *Philosophorum* incredulitatem vincere propositum erat: cf. specimen doctrinae eius libro commemorato a nobis exhibitum, et in sequentibus dicenda.

- a) Hoc argumentum commune erat Philosophis exteris cum Gnosticis, etsi diuersis de causis. Illi etenim indignitatem in eo quaerebant, quod corpus nimis fragile, caducum atque vile esset, quam ut cogitari queat diuinam maiestatem eius rationem habituram esse: Hi vero, ut iam ante monuimus ex ἱποπόσει sua, de carne, Angelorum officio disputabant: cf. sequentia.
- b) Hoc nescio quemadmodum intelligendum sit, vel intelligi voluerint. Si ex responsione *Iustini*, etsi nimis inconstante, iudicium faciendum sit, hoc sibi voluisse videntur, quod non expressa resurrectionis cum additamento carnis in scripturis mentio facta legatur: Eam itaque confer et quae ibi dicimus.
- 2) Caput hoc, in quo tribus rationibus propositis occurrit, tamen in duas tantum sectiones diuisimus, ut primæ a verbis παρατηρομένων initium ducatur, et tertia caput tertium constituat.

Πρωτον μὲν οὖν μοι δοκεῖ
 πρὸς τὰς ἀδυνατὸν εἶναι
 λογόντας τῷ θεῷ τὸ ταύτην ἀ-
 νακησάτω, διεξελθεῖν, ὅτι ἀγ-
 νοοσὶν αὐτοὶ, τῷ λόγῳ λεγόντες
 εἶναι πιστὰς, καὶ διὰ τῶν ἐγ-
 γων ἀποδεικνύσας ἀπιστὰς εἰ-
 τὰς, καὶ τῶν ἀπίστων ἀπιστο-
 ρῆς. Τῶν γὰρ ἔθνων ἀπαν-
 τῶν ἐπὶ τὰ εἰδῶτα πεπιστευκα-
 τῶν, καὶ πεπεισμένων, 1) ὅτι
 πάντα δυνατὰ αὐτοῖς ἐσὶν, ὡς
 καὶ Ὅμηρος ὁ ποιητὴς αὐτῶν
 φησὶν· θεοὶ δὲ πάντα δυναν-
 ται καὶ βίαια (ἀλλὰ καὶ το-
 βίαια, *) προσέθηκεν, ὅπως ἐσὶν
 εὐχερῶς, ἵνα τὴν μεγαλειότη-
 τὰ τῆς τῶν θεῶν δυναμείως ἐμ-
 φανῆ 2); πολὺ οὖν τῶν ἀπι-
Igitur primo quidem eos ag-
 gredi operae pretium vi-
 detur, qui impossibilem
 Deo esse dicant carnis resur-
 rectionem; tanquam qui
 non vident, sē verbis qui-
 dem fideles se profiteri, fa-
 ctis autē plane infideles de-
 monstrare et adeo omnibus
 infidelibus infideliores. Nam
 cum gentes omnes simula-
 cris credant et persuasum
 habeant omnia in eorum po-
 testate esse quemadmodum
 etiam *Homerus* Poeta eorum
 canit; *dii omnia possunt et fa-*
cile (in quo etiam addidit *ε-*
υχερως, ut magnitudinem
 potentiae deorum de-
 clararet) multo omnino his
 infideliores apparent. Si enim

1) Amat *Iustinus* haec duo verba coniungere, ut *Apol. I, §. 5. 10, 17, 18, 61.*

*) *Odyss. XI, v. 306.* *Grabiſus* iam monuit, *Iustinum* cod. vitioso vsum esse, cum apud *Homerum* *Ἐμμεν μὲν* in contextu sequatur.

2) Hic in exemplis ante *Benedictinum* editis per distinctionem maiorem oratio a reliquis separabatur, versione praeterea hac existente: *Nam gentes omnes quae idolis crediderunt, etiam persuasum habent omnia illis possibilia esse. Quemadmodum et Homerus Poeta canit — — — ut magnitudinem potentiae eorum declaret. Quare multo illis cer.*
 Sed

σοτεροι φαινονται 1) ειχαρ τοις ειδωλοις τα εθνη τοις θεοις αυτων, οι ωτα εχουσι, και εν ακουσιν, οφθαλμοις εχουσι, και εν οφοντα *) το παντα δυνασθαι πεπιστευκασι δαιμονιοις ουσι, καθως η γραφη λεγει, οτι οι θεοι των εθνων δαιμονια, **) πολλω μαλλον ημεις εορτην 2) εξαίρετον, και

nim gentes idolis, diis suis, qui aures habent et non audiunt, oculos neque vident, cum ipsi sint daemonia, vt scriptura inquit, dii gentium daemonia, tamen omnium rerum potestatem tribuunt, multo magis nos ipsam eximiam et veram fidem habentes, Deo nostro credere debemus, (tot) etiam fidei argumen-

Sed cum vterque Genitius πεπιστευοτων et πεπιστευμενων aequae ab illo των pendeat, et vtrique consequentis vis insit, patet omnino interpunctionem, quam Benedictini statuerunt et nos secuti sumus, praefarendam esse. Ceterum Parenthesis demum ad ελλα και statuimus, quam reliqui ab ως και Ομηρος incipiunt.

1) Pro πολυ, Maranus ex codice suo reposuit πολλοι. Sed praetulimus illud, cum primum antecedens, sunt infidelibus infideliores, hoc multo infideliores, per se magis postulet, quam alterum multi infideliores; deinde itidem, qui ante omnes, nemine excepto, infideliores dixerat, nunc multos, dixisse non facile existimari possit.

*) Psalm. CXIII, 6.

**) Psalm. XCV, 5. secundum Graecorum interpretationem.

2) Recte quaerunt, quid sit hic plane sine sensu apparens, εορτη. Maranus coniecturam facit scribendum esse ε εορτη. Sed praeterquam quod haec adiunctio verae fidei iam in sequente mentione verae fidei includitur, etiam semper Iustinus solet, in coniunctione plurium praedicatorum, singulis και praepone, vt itaque ante εξαίρετον amplius και adesse deberet: Grabijs expresserat ευορτην, ipsam selectam etc. Sed aescio quomodo hoc in cuiusmodi contextu paulo frigidius

ἀληθῆ πισίην ἔχοντες, ἐφειλο-
 μέν τῳ Θεῷ ἡμῶν πισύειν, ἔ-
 χοντες τεκμηρία· καὶ πρῶτον
 μέν, τὴν τὰ πρωτοπλαστῆ γε-
 γευσίην, ὅτι ἐκ γῆς ὑπὸ Θεοῦ
 γεγερον, ἱκανὸν γὰρ τὸ το δε-
 γμα τῆς τῆ Θεῶ δυνάμεως α).
 ἔπειτα δὲ καὶ τὴν μετὰ ταῦτα
 ἔξ ἀλλήλων γενέσειν κατανοῶσιν
 ἐσὶν ἰδεῖν, καὶ θαυμάσαι μαιζο-
 νως ὅτι ἐξ ἐλαχίστης ἑρανίδος ὕψου
 τῆλιεστον πλασσεταὶ ζῶον. β)
 Καίτοι γε εἰ ἐν ἐπαγγελίᾳ καὶ
 τῷτο ἦν, καὶ μὴ ἐφαινετο γι-
 νομενον, πολὺ τῶν ἄλλων ἦν
 ἀπιστοτερον; ἀλλὰ γὰρ πισο-

gumenta habentes: ac pri-
 mum quidem primi hominis
 generationem, quod e terra
 a Deo factus fit; est enim hoc
 diuinae potentiae documen-
 tum clarissimum. Deinde ve-
 ro, generationem postmo-
 dum ex ipsis inuicem factam
 animaduertentibus, non sine
 summa admiratione cernere
 licet, quomodo e minima
 humoris guttula tale effor-
 metur animal. Atqui vero,
 si id quoque promissione
 contineretur, nondum fa-
 ctum apparens, ad fidem
 multo minus credibile foret,
 quod nunc tamen ipsa effe-
 ctio

fit: Itaque mallem legere per leuissimam mutationem, - - -
 ἡμῶν, δι τὴν ἐξαιρετον - - - ἐχοντες.

- a) Hac potentissima ratione omnes scriptores huius seculi in hoc
 argumento probando, quasi ex conspiratione utebantur: *Iu-
 finus* alibi etiam (*Apol* I, § 58.); *Theophilus* An-
 tio. ad *Autolyicum* Lib. I. eadem etiam iunctura orationis v-
 tens, ὅτι ἐποίησε σε ἐξ οὐκ ὄντος εἰς το εἶναι: *Athenagoras*
 I. c. §. 2, 3. *Irenaeus* aduers. haereses Libro V, c. I.
*quoniam sumit deus limum de terra - - - et quidem multo
 difficilius - - - ex non existentibus ossibus et neruis - - -
 facere ad hoc ut sit - - - quam quod factum est et deinde so-
 lutum - - - iterum reintegrare: Tertullianus de resur-
 rectione c. tot. XI,*

- b) Eadem in usurpando hoc argumento superiorum constan-
 tia: cf. enarrationem nostram.

τερον αὐτο ποιει ἀποτελεσμα. 1) Ἄλλα μὴν περὶ τῆς ἀνάστασεως ἡμῖν ἔδειξεν ὁ σωτῆρ ἀποτελεσματα, ἀ μετ' ὀλιγον ἐρομεν. Νυν δε το δυνατῶν εἶναι καὶ τὴν τῆς σαρκος ἀνάστασιν ἐπιδεικνυμεν, συγγνωμῶν αἰτημενοι παρὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας τεκνῶν, εἰ καὶ τῶν ἔξωθεν εἶναι δοκῶντων καὶ κοσμικῶν λογῶν 2) ἀπτομεθα 3)

ctio credibile reddit. Enim vero resurrectionis effecta (non minus) nobis demonstravit Servator, de quibus paulo post dicemus. Nunc autem *possibilem* esse carnis resurrectionem demonstramus, veniam petentes ab ecclesiae membris si etiam rationibus ab exterorum doctrina desumptis et vulgaribus quibusdam ex vita quotidiana exemplis viamur. Primo

- 1) Maximas hic lectores gratias debent *Marano*, qui ex Codice suo totam orationis complexionem καὶ τοὶ 28 - - - ποιει ἀποτελεσμα, cumque ea, sensum restituit. Nam sine hac quid cum ἀποτελεσμασι resurrectionis a Servatore demonstratus in hoc loco sibi vellet, in quo de τεκνοποιῶσι sermo erat, non patebat, cum nunc vniuersa oratio apte cohaerere.
- 2) Vertunt vulgo; *veniam exposcentes si extraneis et mundanis sermonibus viamur*; pro quo *Maranus*, quoad verbum λογῶν paulo melius, sed eadem tamen obscuritate remanente, *si etiam rationibus; quae extraneae videntur et mundanae, viamur*. Sed quae nunc sint *extraneae*, quae *mundanae* rationes; qui virisque generis sermones; nemo intelligat, vti nemo explicat. Nimirum λογῶν ἔξωθεν δοκῶντες, sunt *rationes ab exteris Philosophis, Platone, Epicuro etc. petitae, et λογῶν κοσμικῶν exempla ex rebus trivialibus desumpta, ut a fictore, ieffulario etc. sequentia*. Itaque mox in versione curauimus, vt tali interpretatione reliqua legenti amplius non opus esset.
- 3) Denuo *Maranus* textum laborantem egregie sanauit: Legebatur antea aperta lacuna ἀ καὶ τῶν ἔξωθεν εἶναι δοκῶντων καὶ κοσμικῶν λογῶν. Εγγεμεθα οὖν πρῶτον, ὅτι καὶ τ' α' ἂ'

Πρωτον μὲν ἔν ὅτι εἶδεν ἔστιν ἔ-
 ξοθεν τὸ θεῶν, εἶδε καὶ αὐτὸς
 ὁ κόσμος· ποιητὰ γὰρ ἔστιν
 αὐτῶν 1); δευτερον ὅτι πρὸς ἀ-
 πιστὰς τέρας ποιημεθα τὰς λο-
 γὰς. Ἐι γὰρ πρὸς πιστοὺς,
 ἀνταρκεῖς ἦν εἶπεν, ὅτι πεπι-
 στευκαμεν. Νῦν δὲ διὰ ἀπο-
 δεῖξαι χάριν ἀναγκασίον. Ἰκα-
 να μὲν οὖν καὶ τὰ προειρημένα
 τεκμηρία πρὸς τὸ δυνατόν ἔι-
 νομ δεῖκνυει τὴν τῆς σαρκὸς
 ἀνάστασιν, ἀλλ' ἐπει λαν εἰ-
 σιν ἄπιστοι, καὶ ἀναγκαστικώ-
 τερον ἐπαξάμεν τὸν λόγον, ἐν
 ἐκ τῆς πίστεως, ὅτι μὴ τυγ-
 χανσιν ὄντες αὐτῆς, ἀλλ' ἐν
 τῆς ἀπίστιας τῆς μητρὸς αὐ-
 τῶν, λέγω δὴ τῶν κοσμικῶν
 λόγων. Ἐι γὰρ ἐν τέτοιον ἐπι-
 δεῖκνυομεν αὐτοῖς δυνατόν εἶναι
 τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν,
 πολλῆς διηπεθεῖν ἀίσχυνης εἰ-
 σιν ἄξιαι, οἱ μὴτε τοῖς
 τῶν κοσμῶν ἀκόλουθεῖν δυνά-
 ται. 2)

Primo quidem, quod nihil a
 Deo alienum est, neque ipsa
 vniuersa natura; est enim o-
 pificium eius; deinde quoni-
 am ad infideles hos sermo-
 nes dirigimus. Nam si cum
 fidei professoribus nobis res
 esset, satis foret dicere quod
 credamus; nunc vero per
 demonstrationes procedere
